

73.

N(icolaus), Bischof von Todi, spricht dem Edlen Ray(nerius) Neapoleonis von Rom sein Beileid zum Tode von dessen Sohn aus.

Hs. fol. 13^{rv}.

(1282—1296)

Nobili viro amico suo domino / Ray(nerio) Neapoleonis de Roma, N.,
 miseratione divina / episcopus Tudertinus⁵⁰), salutem et consolationis
 remedium in adversis. Amara sensibus nostris relatio nuper insonuit in
 obitu videlicet // [...] honorabilis nati vestri, qui^a), a nobili vestra stirpe
 non degene/[rans, m]aiores suos bone memorie congruis et placidis
 actibus / figurabat. Ex quo satis adest vobis et vestris ploratus materia
 do/lorosi. Nos quippe vobis valde compatimur, et una vobiscum tristi/tie
 secundum carnem sentimus aculeos, qui gaudiorum et tediorum /
 vestrorum amicis reddimur affectibus non expertes. Sed dum ad Crea/
 toris clementie potentiam convertimus mentis intuitum, dum debitum /
 nature perpendimus, / dum inevitabilem universalis carnis morta/
 litatem attendimus, manifeste convincimus quod nulli facit iniuriam /
 Creator omnium et Redemptor dum utitur iure suo, volens hominem
 mortem subire carnalem quam ipse omnipotens noluit evitare. Su/perest
 igitur consolationis materia de amisso, quem erat impossibile non /
 amitti. Rogamus ergo nobilitatem vestram et ex affectionibus exhor/
 tamur quatenus tam vos quam filios et familiam vestram sic laudabiliter
 et salubriter studeatis consolationis actibus informare, quod Deo /
 exinde ac hominibus placeatis. Nos quidem vobis offerimus omnia / que
 facere possumus placitura. /

74.

*Nicolaus (Bischof von Todi und Rektor des Herzogtums Spoleto) bittet eine
 Kommune, einen Richter, der Bürger von Todi ist, wegen dessen schlechten
 Gesundheitszustandes aus dem Amt zu entlassen.*

Hs. fol. 13^v.

(1291)

Rubrik: Preces pro absolutione ab officio.

a) quia (*Abkürzung*) statt qui a Hs.

⁵⁰) Es handelt sich wahrscheinlich um jenen Nicolaus, Bischof von Todi (1282—
 1296), der im Jahre 1291 Rektor des Herzogtums Spoleto gewesen ist (vgl. die fol-
 gende Nr.). Auch sein Nachfolger hieß Nicolaus (*Armati*); vgl. *E u b e l* 1 S. 502.